DECRETVM PERPETVVM
MI D. N. D. CLEMENTIS PAPAE VIII.
Super communicatione Indulgentiarum, & bonorum operum Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum.





CLEMENS PP. VIII. *Ad perpetuam rei memoriam.*



VM ad vberes misericordiæ fructus, quos ordo B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum, qui diuino instinctu per eiusdem Beatissimæ semper Virginis Mariæ reuelationem Beato Raymũdo de Peniafort nuper à nobis in Sanctorum numero relato, & cla. me. Iacobo Aragonum Regi, ac Petro Nolasco dicti Ordinis primo professori factam institutus, & à fe. re. Gregorio Papa IX. prædecessore nostro cõfirmatus fuit, in agro militãtis Ecclesiæ pro redemptione Captiuorum, qui in misera seruitute, & salutis animæ periculo à Mauris, & alijs infidelibus detinentur, continuò producere dignoscitur, nostræ dirigimus considerationis intuitum, facilè inducimur, vt Ordinem prædictum specialibus fauoribus, & gratijs libenter prosequamur, & ea, quæ circa spiritualium eiusdem Ordinis Indulgentiarum communicationem pro maiori fidelium deuotione, & ædificatione per eiusdem Ordinis Religiosos fieri solent, nostræ declarationis stabilitate roboremus, prout in Domino salubriter conspicimus expedire. Cum itaq; sicut accepimus in eiusdẽ Ordinis, Conuentibus, ac Regularibus Ecclesijs ab immemorabili tempore ex Summorum Pontificum auctoritate, & concesione In dulgentiarum communicatio sub quadam precationum forma certis quibusdam Anni diebus fieri soleret, & circa huiusmodi communicationem quosdam abusus irrepsisse, nec certam formam auctoritate Apostolica constitutã esse appareret. Nos pro nostri Pastoralis muneris debito fidelium animarum saluti, ac eiusdem Ordinis decori consulere, ac certam in præmissis formam statuere, aliasq; desuper opportunè prouidere volentes, ex voto etiam Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Congregationi Sacrorum Rituum Præpositorum, quibus hoc negotium examinandum cõmisimus, ac ex certa nostra scientia, & matura deliberatione quo ad institutum, & ritum absolutionis, quàm vocant, & communicationem Indulgentiarum, quæ in prædicto Ordine fieri solent, hanc de cætero formam antiqua consuetudine prorsus perpetuò abrogata, in perpetuũ seruari volumus, atque Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuò statuimus, & ordinamus, vt nimirum diebus solitis, aut ab Apostolica Sede concessis communicatio Indulgentiarum quas prædictus Ordo B. Mariæ de Mercede ex concesione, & indulto Sedis Apostolicæ alijs potest communicare, non autem absolutio vt prius fiebat, fieri posit. Huiusmodi verò communicationem Indulgẽtiarum tantummodo Confratribus, & Consororibus eiusdẽ Ordinis in Ecclesijs ipsius Ordinis præsentibus, & non alijs, & diebus supradictis cum Psalmis, Versiculis, & Orationibus, quæ iã Romæ recognitæ, & à dilecto filio nostro in Vrbe Vicario probatæ, & à dicta Cõgregatione reformatæ sunt, fieri liceat. Et ad dictam communicationem Indulgentiarũ singulis diebus prædictis obtinendam Confratres, & Consorores prædicti sint contriti, confessi, ac sacra Communione refecti, aliàs prædictas Indul-gentias non consequantur. Communicationem etiam orationum, ieiuniorum, Missarum, aliorumq; bonorum operum, quæ ...int in dicto Ordine supradictis diebus Confratribus tantum, & Consororibus, qui præsentes fuerint, vt de Indulgentijs supra...ctum est, fieri posse permittimus, & concedimus. Forma autem huius communicationis fieri volumus nudis, & simplicibus ...erbis in hunc fere modum, videlicet. Item communicamus vobis Fratres, orationes, ieiunia, Missas, peregrinationes, & labores ...ro redimendis etiam captiuis susceptos, cæteraq; opera bona, quæ per Dei gratiam in nostra Congregatione, & Ordine fiũt. ...n nomine Patris, & Filij & Spiritus Sancti. Amen. Cæterùm expresè prohibemus, ne Populus in Ciuitatibus, Terris, & locis ...ublicè inuitetur à dicti Ordinis Fratribus ad suas Ecclesias ad consequẽ supradictam Communicationem Indulgentiarum, & bonorum operum, hoc est in Plateis, vijs, & locis publicis. Non apponantur Cedulæ impressæ, seu manuscriptæ, quibus indi...etur, & promulgetur talis communicatio Indulgentiarum. Mãdantes propterea vniuersis, & singulis eiusdem Ordinis Supe...rioribus, & Fratribus, vt præscriptam hanc formam perpetuò obseruare studeant, nec illã quouis modo præterire audeant, seu ...præsumant, irritum nihilominus decernentes, & inane quicquid secus super his ab ipsis quauis auctoritate scienter, vel ignorã...er contigerit attentari. Non obstañ Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac eiusdem Ordinis, etiã iuramento, con...firmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & literis Apo...stolicis eidem Ordini, ac supradictis illius Superioribus, & Fratribus, ac quibusuis alijs in contrarium præmissorum quomodo...libet concesis, confirmatis, & approbatis, cæterisq; contrarijs quibuscunq;. Datum Romæ apud Sanctum Marcum sub Annulo Piscatoris, Die ix. Iulij M D C I I. Pontificatus Nostri Anno Vndecimo.

M. Vestrius Barbianus.

ROMAE, Ex Typographia Cameræ Apostolicæ. M. D C I I.

DECRETVM PERPETVVM S.MI D. N. D. CLEMENTIS PAPAE VIII.

Super communicatione Indulgentiarum, & bonorum operum Ordinis Beatae Mariae de Mercede Redemptionis Captiuorum.





CLEMENS PP. VIII. *Ad perpetuam rei memoriam.*



VM ad vberes misericordiae fructus, quos ordo B. Mariae de Mercede Redemptionis Captiuorum, qui diuino instinctu per eiusdem Beatissimae semper Virginis Mariae reuelationem Beato Raymūdo de Pennafort nuper à nobis in Sanctorum numero relato, & clar. me. Iacobo Aragonum Regi, ac Petro Nolasco dicti Ordinis primo professori factam institutus, & à fe. re. Gregorio Papa IX. praedecessore nostro cōfirmatus fuit, in agro militantis Ecclesiae pro redemptione Captiuorum, qui in misera seruitute, & salutis animae periculo à Mauris, & alijs infidelibus detinentur, continuò producere dignoscitur, nostrae dirigimus considerationis intuitum, facilè inducimur, vt Ordinem praedictum specialibus fauoribus, & gratijs libenter prosequamur, & ea, quae circa spiritualium eiusdem Ordinis Indulgentiarum communicationem pro maiori fidelium deuotione, & aedificatione per eiusdem Ordinis Religiosos fieri solent, nostrae declarationis stabilitate roboremus, prout in Domino salubriter conspicimus expedire. Cum itaq; sicut accepimus in eiusdē Ordinis, Conuentibus, ac Regularibus Ecclesijs ab immemorabili tempore ex Summorum Pontificum auctoritate, & concessione Indulgentiarum communicatio sub quadam precationum forma certis quibusdam Anni diebus fieri soleret, & circa huiusmodi communicationem quosdam abusus irrepsisse, nec certam formam auctoritate Apostolica constitutā esse appareret. Nos pro nostri Pastoralis muneris debito fidelium animarum saluti, ac eiusdem Ordinis decori consulere, ac certam in praemissis formam statuere, aliasq; desuper opportunè prouidere volentes, ex voto etiam Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Congregationi Sacrorum Rituum Praepositorum, quibus hoc negotium examinandum cōmisimus, ac ex certa nostra scientia, & matura deliberatione quo ad institutum, & ritum absolutionis, quām vocant, & communicationem Indulgentiarum, quae in praedicto Ordine fieri solent, hanc de caetero formam antiqua consuetudine prorsus perpetuò abrogata, in perpetuū seruari volumus, atque Apostolica auctoritate tenore praesentium perpetuò statuimus, & ordinamus, vt nimirum diebus solitis, aut ab Apostolica Sede concessis communicatio Indulgentiarum quas praedictus Ordo B. Mariae de Mercede ex concessione, & indulto Sedis Apostolicae alijs potest communicare, non autem absolutio vt prius fiebat, fieri possit. Huiusmodi verò communicationem Indulgētiarum tantummodo Confratribus, & Consororibus eiusdē Ordinis in Ecclesijs ipsius Ordinis praesentibus, & non alijs, & diebus supradictis cum Psalmis, Versiculis, & Orationibus, quae iā Romae recognitae, & à dilecto filio nostro in Vrbe Vicario probatae, & à dicta Cōgregatione reformatae sunt, fieri liceat. Et ad dictam communicationem Indulgentiarū singulis diebus praedictis obtinendam Confratres, & Consorores praedicti sint contriti, confessi, ac sacra Communione refecti, alias praedictas Indulgentias non consequantur. Communicationem etiam orationum, ieiuniorum, Missarum, aliorumq; bonorum operum, quae ...unt in dicto Ordine supradictis diebus Confratribus tantum, & Consororibus, qui praesentes fuerint, vt de Indulgentijs supra...ctum est, fieri posse permittimus, & concedimus. Forma autem huius communicationis fieri volumus nudis, & simplicibus ...erbis in hunc ferè modum, videlicet. Item communicamus vobis Fratres, orationes, ieiunia, Missas, peregrinationes, & labores ...ro redimendis etiam captiuis susceptos, caeteraq; opera bona, quae per Dei gratiam in nostra Congregatione, & Ordine fiūt. ...n nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen. Caeterùm expressè prohibemus, ne Populus in Ciuitatibus, Terris, & locis ...ublicè inuitetur à dicti Ordinis Fratribus ad suas Ecclesias ad consequēdam supradictam Communicationem Indulgentiarum, & bonorum operum, hoc est in Plateis, vijs, & locis publicis. Non apponantur Cedulae impressae, seu manuscriptae, quibus indi...etur, & promulgetur talis communicatio Indulgentiarum. Mādantes propterea vniuersis, & singulis eiusdem Ordinis Supe...rioribus, & Fratribus, vt praescriptam hanc formam perpetuò obseruare studeant, nec illā quouis modo praeterire audeant, seu ...raesumant, irritum nihilominus decernentes, & inane quicquid secus super his ab ipsis quauis auctoritate scienter, vel ignorā...er contigerit attentari. Non obstan. Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac eiusdem Ordinis, etiā iuramento, con...firmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & literis Apo...tolicis eidem Ordini, ac supradictis illius Superioribus, & Fratribus, ac quibusuis alijs in contrarium praemissorum quomodo...libet concessis, confirmatis, & approbatis, caeterisq; contrarijs quibuscumq;. Datum Romae apud Sanctum Marcum sub An...nulo Piscatoris, Die ix. Iulij M D C I I. Pontificatus Nostri Anno Vndecimo.

M. Vestrius Barbianus.

ROMAE, Ex Typographia Camerae Apostolicae. M. D C I I.